

EXEMPTIO BONORUM

Archiepiscopalis Sancti Spiritus in Saxia a Spolio Camerae Apostolicae debito.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices Pastoralis Officii Nostri curas quibus jugiter premimur, in illam peculiari studio incumbimus, ut Apostolicae Sedis, ac Universalis Ecclesiae, nec non etiam singulorum locorum prorum, ac Personarum Ecclesiasticarum jura ubique facta, recta, ac illibata tueri, & conservare, eaque adversus quaecumque, per quae illis aliquid detrimenti inferri possit, tradita Nobis divinitus potestate vindicare fatagamus, sicut omnibus mature, ac debite pensatis, iustitiae, & rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Beneficia ab Archiepiscopali S. Spiritus dependentia manualia sunt ad totum Praeceptoris, Kal. Septembris Pontificatus sui Anno H. expeditas literas, inter cetera statuit, & ordinavit, ut in postremum perpetuis futuris temporibus quispian quiscumque status gradus, ordinis, & conditionis esset, aliquid ex Hospitalibus, Domibus, Praeceptoribus, Oratoribus, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris ab Archiepiscopali praedictis dependentibus, seu illi subjectis vacantibus, vel puae pro tempore vacare possent a Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab Apostolica haec Sede, ejusque Legatis impetrari, seu impetrari facere, vel etiam impetratis uti quoquo modo praesumeret, & decrevit omnia & singula Hospitalia, Domos, Praeceptoris, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, Cappellas, membra, seu Beneficia Archiepiscopalis praedicti, & ab eo dependentia manualia esse, & fore, & illa pro tempore obtinentes pro solo nutu pro tempore existentis ipsius Archiepiscopalis Praeceptoris, seu Commendatarii praedicti, etiam ipsi pro eadem Sede, & illius Legatis concessum fuisset, quod a Beneficiis, Praeceptoribus, Prioratibus, Oratoribus, Ecclesiis, Cappellis, Domibus, seu membris hujusmodi abque rationabili causa quoquo modo amoveri nequeant, posse libere, & licite amoveri, quodque nullas de Hospitalibus, Domibus, Beneficiis, Praeceptoribus, seu Commendis, Oratoribus, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris hujusmodi, praeter Praeceptorem, seu Commendatarium praedictum, ad quem dumtaxat illorum collationem, provisionem, praesentationem, & quamvis aliam dispositionem pleno jure pertinere voluit, providere possit, etiam si sub aliqua generali, vel speciali reservatione tam in corpore Juris clauso, quam ratione vacationis apud eandem Sedem, seu praetextu alicujus Officii in ea obtenti, & obtinendi, vel familiaritate aliquorum ex S. R. E. Cardinalibus comprehenderentur, & comprehendere viderentur; quas quidem reservationes ad Beneficia, Praeceptoris, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, Cappellas, seu membra hujusmodi nullatenus extendi voluit, neque sub illis quoquo modo comprehendere debere seu posse; ac insuper omnes, & singulas collationes, provisiones seu dispositiones quomodocumque, & qualitercumque de Hospitalibus, Domibus, Beneficiis, Praeceptoribus, Oratoribus, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris praedictis in titulum perpetui Beneficii, vel alias etiam cum irritantis appositione decreti, & speciali illa clausa pro tempore obtinentes ab eis abque rationabili causa amoveri, & ad clausum revocari non possent, prorsus irritas, & inanes, ac nullas roboris, vel momenti fuisse & esse, etiam si aliqua triennali, ac longiori, & diuturna possessione gavisi existerent, ac revocavit, cassavit, & irritavit, ac annullavit omnes, & singulas exemptiones & libertates pro Canonicis dicti Archiepiscopalis sub quacumque verborum forma, vel expressione, tam a Sede praedicta, quam ejus Legati, aut

alias ex quavis causa, seu auctoritate obtentas, & deinceps abque derogatione literarum hujusmodi obtinendas, quatenus per illas dicti Canonici a praemissorum observatione, & hujusmodi Ordinationibus sese subtrahere possent, etiam si Cappellani, & Officiales dictae Sedis existerent; nec non Canonicos praefatos ad obedientiam, subjectionem, & correctionem pro tempore existentis Praeceptoris, seu Commendatarii praedicti una cum Domibus, Hospitalibus, Beneficiis, Praeceptoribus, Oratoribus, Prioratibus, Ecclesiis, Cappellis, seu membris, Grantiis, possessionibus, & bonis ad dictum Archiepiscopale spectantibus, & ab eo dependentibus ubicumque existentibus in praedictum ipsius quomodolibet quibusvis Personis Ecclesiasticis, vel Secularibus cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuissent, etiam si Pontificali fulgerent dignitate concessis, vel ab eis quomodocumque, vel qualitercumque obtentas, ad jus, & proprietatem ipsius Archiepiscopalis reduxit, eidemque reintegravit, & sibi illa perpetuo manere cum suis censibus, seu annuis pensionibus, atque juribus decrevit in futurum, & alias prout in dictis literis, quarum tenorem praesentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, uberius continentur.

2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Antonius Maria Patriarcha, ac Praeceptor, seu Commendatarius, qui (ut aserit) juxta praedictam Sixti praedicti, aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum literarum tenorem, Praeceptor, seu Commendatarius Archiepiscopalis praedicti jus quaecumque Beneficia, seu Prioratus, aut Praeceptoris, seu Commendas, aliaque bona quaecumque ad Archiepiscopale hujusmodi spectantia, & ab illo dependentia ubique existentia Canonice Regularibus Sancti Spiritus juxta eorum antianitatem, aut eorum benemerentiam praevius eorum obsequiis ab ipsis Archiepiscopali praedicto praestitis ad sui libitum, & ad sui nutum conferendi habet, interdum accidere solet, ut secuto alicujus ex Canonicis Regularibus praedictis aliquid Beneficium, seu Prioratum, aut Praeceptorium, seu Commendam, aliudve bonum ad ejusmodi Archiepiscopale spectans, & pertinens, & ab illo dependens obtinentibus, obitu, Collectores, seu Subcollectores jurium ad Cameram nostram Apostolicam spectantium spoliunt defuncti Canonici hujusmodi facere, ac fructus cujuscumque generis, vel qualitates aut speciei Beneficii, vel Prioratus, seu Praeceptoris, aut Commendae, seu cujuscumque boni ab Archiepiscopali praedicto dependentis per illum obtenti, licet beneficia praedicta secularia non sint, quorum fructus juxta dispositionem aliarum ejusdem Sixti, ac sanctae mem. Pii Papae V. Praedecessorum nostrorum literarum tempore vacationis ad ipsam Cameram spectent, tempore vacationis hujusmodi percipere, & exigere contentund, ad evitandas quascumque lites, quae in posterum ea de causa, in praedictum dicti Archiepiscopalis oriri possunt, non solum memoratas expressas Sixti Praedecessoris literas per Nos confirmari, verum etiam sibi in praemissis opportune provideri, & ut infra indulgenti, summo opere desideret.

3. Nos ipsum Antonium Mariam Patriarcham, ac Praeceptorem, seu Commendatarium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententis, censuris & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serio absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humillime porrectis inclinatis, expressas memorati Sixti Praedecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, & de novo concedimus; ac omnibus & singulis Nostri, & hujus S. Sedis Collectoribus, seu Subcollectoribus jurium Camerae nostrae Apostolicae cujuscumque qualitatis, gradus, praeminentiae, status, & conditionis nunc, & pro tempore ubique existentibus, ne ipsi sub quocumque praetextu causa, ratione, & colore, etiam vigore facultatum eis a Nobis, seu Sede, & Camera praedictis attributarum,

Bona Canonice hujusmodi Beneficia obtinentiam spolio subjecta esse contentendebatur.

Pontifex confirmat dispositionem Sixti IV.

Prohibet inter spolia Camerae Apostolicae debita redigi fructus Beneficiorum hujusmodi quomodocumque vacantium.

DE INDULTIS

S. R. E. Cardinalibus testandi, & disponendi de Sacris Suppellectilibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS V.

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

INTER arduas Apostolici Ministerii Nostri curas, sicuti Nos oportet, non modo Patrem in ascendo orantes, sed publicis etiam Ecclesiae officiis, absque conventibus praesidentibus, Divinam opem sine intermissione implorare; ita Nos decet Pontifici Sacelli, in quo pleraque hujusmodi officia per annum solemniter peraguntur, splendori, & cultui prospicere, ejusque rationibus, juribusque tuendis, debitum providentiae studium impendere.

1. In ultimo, cum quo decebat, testamento bon. Card. Accoramboni factam provisionem Joseph S. R. E. Cardinalis Accoramboni nuncupatum, Sacelli sui domestici vasa argentea auro obduplicata, una cum reliqua sacra Suppellectilia, reliquit in Sacello sacelli, quod ab Ignatio Accoramboni agnatio in suis Rebus Spoletis constituendum mandavit. Sed contententibus Camerae Nostre Apostolicae Ministeris, invalidam hac in parte fuisse dicti Cardinalis dispositionem, & praedictam argenteam, aliamque suppellectilem sacram, Pontificio Nostro Sacello adjudicari postulantibus; eaque controversia delata ad Tribunal dilecti Filii Theaurarii Nostri Generalis; hujus Auditor, omnibus attente perpensis, sententiam pro Nostro Pontificio Sacello pronuntiavit. A qua sententia quum dilectus etiam Filius Philippus Accoramboni praefatus Cardinalis haeres ad plenam Cameram appellasset, visum est Nobis universum Collegium Clericorum Praesidentium, aliorumque Officialium praefatae Camerae, quo die causam hanc dijudicaturi erant, coram Nobis convocare; idque eo libentius fecimus, quod, quum omnia fere Curiae Nostre Tribunalia, per hos transactos Pontificatus Nostri annos, praesentia Nostre decoraverimus, nondum id erga illustre istud Officialium, & Judicum Apostolicae Sedis Collegium praesentem. Itaque indicto coram Nobis die xxi. mensis Janu. anni Domini MDCCLXVIII. Camerae plenae confessa, & partium rationibus per singulos Clericos in eadem suffragium ferentes, diligenter discussis, totius Collegii consensione Decretum prodiit: Mandatum Domini Theaurarii esse exequendum, & sententiam confirmandam, juxta modum a Sanctitate Sua declarandum quoad Camerae delabra, & Suppellectilia excepta in Bulla Urbani VIII. quod ubi approbatione Nostre confirmatum fuit, mandavimus, ut universa domestica Sacelli praedicti Cardinalis Suppellex, exceptis Candelabris, Malluris, & Curtiniis, Bacili, & Bocali vulgo nuncupatis, quae quidem heredi reliquimus, in Pontifici Sacelli Nostri Sacrarum inferretur.

2. Hujus Resolutionis fundamentum agnatum fuit in fel. record. Praedecessoris Nostri Urbani Papae VIII. Constitutione CLXVI, quae incipit: Equum est, in qua alterius Praedecessoris Clementis Papae VII. Constitutionem renovans, omnique & singula indulta disponendi de sacra domesticorum Oratoriorum suppellectile, S. R. E. Cardinalibus alias concessa, abrogans, decrevit, & statuit, ut sequitur: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, etiam ipsam Constitutionem Clementis Praedecessoris hujusmodi innovantes, & ampliantes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus praefata omnia, & singula Mirras, Pluvialia, Tapicelle, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patene, Vasa etiam aurea, & argentea, aliaque res, & utensilia quomodolibet nuncupata, praesentium benedicta, seu consecrata, quibus S. R. E. Cardinalis nunc, & pro tempore existens, etiam praefata, seu quaecumque aliam similem, vel dissimilem facultatem Apostolicam de illis disponendi, ac ad heredes etiam ab intestato transmittendi, ut praemittitur, habentes, non solum in Cappella Pontifici, seu Processionibus, caeremoniis, & aliis functionibus Pontificiis praefatis, sed etiam in sacris Cappellis privatis habentibus, vel in futurum pro tempore

Statuit spolia Canonice hujusmodi Beneficia obtinentiam spolio subjecta esse contentendebatur.

Data die 4. Martii 1749.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 4. Martii 1749. Pontificatus nostri Anno nono

D. Card. Passioneus.

Card. Accoramboni factam provisionem Joseph S. R. E. Cardinalis Accoramboni nuncupatum, Sacelli sui domestici vasa argentea auro obduplicata, una cum reliqua sacra Suppellectilia, reliquit in Sacello sacelli, quod ab Ignatio Accoramboni agnatio in suis Rebus Spoletis constituendum mandavit. Sed contententibus Camerae Nostre Apostolicae Ministeris, invalidam hac in parte fuisse dicti Cardinalis dispositionem, & praedictam argenteam, aliamque suppellectilem sacram, Pontificio Nostro Sacello adjudicari postulantibus; eaque controversia delata ad Tribunal dilecti Filii Theaurarii Nostri Generalis; hujus Auditor, omnibus attente perpensis, sententiam pro Nostro Pontificio Sacello pronuntiavit. A qua sententia quum dilectus etiam Filius Philippus Accoramboni praefatus Cardinalis haeres ad plenam Cameram appellasset, visum est Nobis universum Collegium Clericorum Praesidentium, aliorumque Officialium praefatae Camerae, quo die causam hanc dijudicaturi erant, coram Nobis convocare; idque eo libentius fecimus, quod, quum omnia fere Curiae Nostre Tribunalia, per hos transactos Pontificatus Nostri annos, praesentia Nostre decoraverimus, nondum id erga illustre istud Officialium, & Judicum Apostolicae Sedis Collegium praesentem. Itaque indicto coram Nobis die xxi. mensis Janu. anni Domini MDCCLXVIII. Camerae plenae confessa, & partium rationibus per singulos Clericos in eadem suffragium ferentes, diligenter discussis, totius Collegii consensione Decretum prodiit: Mandatum Domini Theaurarii esse exequendum, & sententiam confirmandam, juxta modum a Sanctitate Sua declarandum quoad Camerae delabra, & Suppellectilia excepta in Bulla Urbani VIII. quod ubi approbatione Nostre confirmatum fuit, mandavimus, ut universa domestica Sacelli praedicti Cardinalis Suppellex, exceptis Candelabris, Malluris, & Curtiniis, Bacili, & Bocali vulgo nuncupatis, quae quidem heredi reliquimus, in Pontifici Sacelli Nostri Sacrarum inferretur.

Sententia confirmata.

Causa discutitur in plenaria Camerae Sacrae Ministeris juxta modum a Pontifice declarandum.

Resolutio Pontifici sententiam confirmans juxta modum a Pontifice declarandum. Mandatum & declaratio Pontificis.

Resolutionis in fel. record. Praedecessoris Nostri Urbani Papae VIII. ratio delatatur ex Constitutione.

Campidunensis Ordinis S. Benedicti, ejusque Successoribus in perpetuum conceditur facultas ministrandi Sacramentum Confirmationis Christifidelibus suae Jurisdictioni spirituali subiectis.

VI. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

SUPREMA dispositione, cujus inscrutabili Providentia ordinationem suscipiunt univversa, super eminenti Apostolicae Dignitatis specula, nullis nostris licet suffragantibus meritis, sed solum per ineffabilem Divinae Bonitatis abundantiam constituti, & in illius domo dispensationis effecti, ad ea, per quae Monasteriorum quorumlibet, illorum praesertim, quae ab antiquo tempore fundata, varisque privilegiis, & gratis a Summis Pontificibus consecrata reperiuntur, & in quibus utpote per singulas Personas praecipua generosi stemmatis nobilitate fulgentes Altissimo famulatum exhibere percipiunt, decori, & opportunitati, nec non illorum subditorum spiritualibus commodis, Divinique cultus augmento pro nova concessionem gratiae per amplius consultum, vota libenter intendimus, ac in his Pastoralis Officii nostri partes favorabiliter impartimur, prout Locorum, & Personarum hujusmodi qualitatis, ac circumstantiis matura consideratione pensatis ad Omnipotentis Dei, ejusque Gloriosissimae Genitricis Virginis Mariae laudem, & gloriam, devotionis quoque Christifidelium propagationem in Domino conspicimus salubriter expedire.

1. Sane pro parte Dilecti Filii Engelberti & in Sirgeheim moderni Abbatis Monasterii, Abbatiae Ducalis & Imperialis nuncupati, Beatae Mariae Virginis in Caelos assumptae Oppidi Civitatis Campidunensis Ordinis Sancti Benedicti nullius Diocesis Provinciae Moguntinae, Sacri Rom. Imperii Principis Nobis nuper exhibita petio continebat; quod dictum Monasterium; alias & usque de anno Domini septingentesimo septuagesimo tertio a Beata Ordine fundatum, unum ex principalioribus dicti Ordinis Monasteriis tam in spiritualibus, quam in temporalibus existit, illiusque pro tempore existens Abbas, nedum inter praecipuos Sacri Romani Imperii Principes in Dieta Ratisbonensi Sedem, ac Votum, & Vocem habet, sed etiam pro tempore existentis Romanorum Imperatricis perpetui Aschmarseffalli munere fungitur, ac in pluribus sibi subiectis Oppidis, & Locis Campidunensis Ducatus, & ditionis temporalis; in primodiecto vero Monasterio, quod Sedi Apostolicae immediate subiectum exivit, ac in Parochiali Ecclesia Sancti Laurentii dicti Oppidi Campidunensis spirituales, ac exemplares, tum A. postolica a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, tum Imperiali, & qualibet alia respectiva auctoritate concessis & elargitis, & Monasterium primodiectum, illiusque Abbas, & Monachi pro tempore existentes gaudent Indultis, gratis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, praeminentiis, & antelationibus, & ipse Engelbertus Abbas nuper speciali Abbatiale Ducalem nuncupatam Ecclesiam sub invocatione Assumptionis Beatae Mariae Virginis, & Sanctorum Gordiani, Epimachi, & Castoli Martyrum noviter restauratam, consecrandi facultate a Nobis decoratus fuit.

2. Si autem, sicut eadem petio subungebat, aliud valde quidem opportunum dicto Engelberto Abbati, illiusque successoribus primodiecti Monasterii Abbatis pro tempore existentibus, a Nobis, & Sede Apostolica praefata concederetur Indultum, videlicet, ut ipse Engelbertus Abbas, ejusque successores primodiecti Monasterii Abbates pro tempore existentes praefati, Sacramentum Confirmationis utriusque sexus Christifidelibus subditis primodiecti Monasterii, & Parochialis Ecclesiae praefatae Parochianis tantum ministrare possint, hoc profecto, & ac Catholicae Religionis bonum, & ad dictorum subditorum animata salutem plurimum conferret; Quandoquidem

cum dicti subditi, non sine gravi eorum incommodo & molestia, ad alia Loca pro dicto Sacramento Confirmationis suscipiendo se conferre coguntur, inde evenit, quod ipsi aut Sacramento hujusmodi non nisi in proventa aetate suscipiant, vel, ut saepius accidit, abfque dicto Sacramento vitam misere ducentes, ab humanis decedunt. Hinc dictus Engelbertus Abbas, qui haereticos in dicto Oppido degentes ad Fidem Catholicam amplectendam pari sollicitudine, & zelo, & non sine effectu perducere curat, dictos subditos, & Parochianos Catholicos, & praesertim noviter ad dictam Fidem convertos, ad hoc ut ipsi fortius, & validius in spirituali lucta contra animae inimicos dimicare queant, Confirmationis Sacramento hujusmodi in congrua, & conveniente aetate muniri summo opere exoptat: Quare pro parte dicti Engelberti Abbatis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dictorum subditorum, & Parochianorum indemitati, eorumque animarum salutem in praemis opportune consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

3. Nos igitur, qui, quantum cum Domino possumus, spirituale Christifidelium consolationem, & utilitatem pii Patris affectione prosequimur, opemque, & operas nostras ad id impendimus efficaces, praefato Engelberto Abbati specialem gratiam facere volentes, ipsumque Engelbertum Abbatem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; eidem Engelberto Abbati, illiusque successoribus primodiecti Monasterii Abbatis pro tempore existentibus praefatis, ut ipsi indumentis Pontificalibus induti, recepto prius Oleo Sacro a quocumque Catholico Antistite, gratiam, & communionem dictae Sedis Apostolicae habente confecto, dictam Confirmationis sacramentum subditis dicti Monasterii, & Parochialis Ecclesiae praefatae Parochianis, spirituali Jurisdictioni ipsius Engelberti Abbatis, & pro tempore existentis Abbatis, primodiecti Monasterii subiectis tantum quocumque tempore conferre possint & valeant, Apostolica auctoritate eorumdem tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus, ac plenam, & liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem desuper imperpetuum.

4. Nec non ipsum Engelbertum Abbatem, ejusque successores primodiecti Monasterii Abbates pro tempore existentes praefatos desuper a quocumque quavis auctoritate, honorate, vel dignitate fulgente, sub quovis praetextu, colore, vel ingenio, causa, & occasione inquietari, perturbari, aut quovis modo impediri nullatenus unquam posse; sicque & non alias per quocumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, Sedesque Apostolicae praefatae Nuncios judicari, & desiniri debere; Et si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, & Monasterii primodiecti, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, perpetuae concessionis, indulgentiae, licentiae, & facultatis, impartitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo nono, sexto Kalendas Maji Pontificatus Nostri Anno Nonno.

Die die 16. April. 1749.

SUPER CONSERVATORIIS

Virginum Anglicanarum nuncupatarum.

VII. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUAMVIS justo Dei Omnipotentis judicio nullis finis fit arduis, acerbisque curis, gravibusque molestiis, quae Nobis undique ac sine intermissione circumstant, & opprimunt: attamen constitutione Nobis est, caelestis auxilii fiducia, animum non despondere: & quoniam, ipsius Dei beneficio, neque vires, neque rerum, & negotiorum remissivitas Nos in hac proventa jam aetate destituit, nullum Nobis credimus detractandum, esse laborem, quemcumque ad optimum Ecclesiae Sanctae regimen humilitati Nostrae commissum conducere posse reputemus. Itaque quoties orientiorum controversiarum natura Apostolicae auctoritatis iudicium requirere videtur, Nostramque operam, aliorum consilio adjutam, ad eorum rectam decisionem haud inutilem fore judicamus; eas ipsas ab inferioribus quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus avocatas, cognitioni Nostrae reservare, ac judiciali sententia prolata, dirimere, ac terminare consuevimus.

1. Huic instituto nostro inherentes, quum quaedam controversia non ita pridem exorta fuisset inter Curiam Episcopalem Augustanam ex una, & duo Conservatoria Virginum Anglicanarum nuncupatarum, unum nimirum in ipsa Civitate Augustae Vindelicorum, alterum vero Mindelheimi, ejusdem Augustanae Diocesis Oppido, existentia, ex altera partibus: & dicta quidem Episcopalis Curia praefatis Conservatoriis praecipuum fecisset, ut suam Ordinariam auctoritatem recognoscerent, sibi que debitam exhiberent obedientiam, quam cuidam praesenti Generali Superioris Monachii commoranti ab illis praefata aerebat; praesertim vero Conservatorium in Civitate Augustana positum hujusmodi praeproptere prompte paruisse, sed alterum Mindelheimi existens eidem obtemperare recussisset; quapropter praedicta Episcopalis Curia ad quosdam actus adversus Conservatorium hujusmodi, processisset; cumque animadversum a Nobis esset, occasione hujus controversiae, nonnullas alias moveri quaestiones tam super Instituto Jesuitarum, quod idem esse dicebatur, cum praedictarum Anglicanarum Virginum instituto, quam super persona, & meritis defunctae quondam Mariae VVarth, seu de Guardia nuncupatae, dictarum Jesuitarum Instituti olim Fundatricis: Nos, quibus compertum erat, plura de hujusmodi Instituto, ejusque Fundatrice praedicta, a Scriptoribus referri, & asseri, quae minime consentanea sunt Actis authenticis, & indubiis monumentis, quae super ipsis, in Regellis Congregationum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, tam generalium Inquisitorum adversus haereticam pravitatem deputatorum, quam negotiis Propagandae Fidei praepositorum, asseruntur; haec omnia ad Nos asseri iustissim; ac deputata peculiari Congregatione, in quam adlegimus Venerabilem Fratrem nostrum Xaverium Episcopum Praenestinum S. R. E. Cardinalem Gentili, Dilectosque Filios Nostros Joachimum Tituli S. Caeciliae Portuensis, Carolum Albertum Tituli Sanctae Mariae de pace Carvalchini, & Joachimum Tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Besozzi, ejusdem S. R. E. Presbyteros Cardinales respectue nuncupatos, nec non Venerabilem Fratrem Iosephum Archiepiscopum Damasenum, Congregationis super negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Secretarium, quem huic etiam peculiari Congregationi a Secretis esse iustissim, ac dilectum Filium Magistrum Clementem Argenvilleum Auditorem nostrum; atque his omnibus coram Nobis die xxi. mensis Julii an. Domini MDCCXLVIII. congregatis, & diligentibus praemis omnibus tractatu habito; quum eorum sententia fuerit, ut nulla, quae inferius subjicentur, Decreta, & Rescripta fierent, atque ederentur; ea Nos quidem jam tunc approbavimus, & rata esse volumus; & nihil

Hujus controversiae occasione, alia quaestiones excitare super essentia & identitate Instituti ad Virgines, & super personis quae Maria VVarth fundatrix alterius instituti

per integro negotio de praepositorum Congregationem particiarem

Decreta dictae Congregationis, ad quae pertinent, ut infra, & Pontifice approbantur

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

lominus nunc iterum, tenore praesentium, atque evidentiore hac Apostolica auctoritate significatione roborata, perpetuam vim, & firmitatem habere decernimus, atque statuimus.

2. Sed quoniam difficile, imo fere impossibile foret intelligere, quibus veluti fundamentis hujusmodi Decretorum iustitia innitatur, non cognitis prius his, quae ex praefatis Regellis iudice desumpta esse diximus; necesse est hic nonnullas facti notitias praeporere. Earum autem sunt, quae sequuntur.

1. Quaedam Maria VVarth, seu de guardia nuncupata, postquam anno MDCIX. quendam Mulierum conventum Audomaropoli, ad bonum finem; ut creditur potest, aperuerat; alioque similes deinde in aliis Belgii Locis, & in Leodiensi, Trevirensi, & Coloniensi Civitatibus constituerat; sub Pontificatu felicis recordationis Praedecessoris Nostri Gregorii Papae XV. anno MDCXXI. ad Urbem accessit, novi instituti sui confirmationem ab Apostolica Sede impetratura.

2. Comparuit anno MDCXXIV. apud Congregationem Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum Procurator Cleri Anglicani, graviter expostulans, quod magnum detrimentum Missionibus inferretur ex ratione vivendi, quam praefati Instituti Mulieres sequebantur; Id quod in causa fuit, ut ipsius Instituti examen existentis Cardinali Millino committeretur.

3. Quum anno MDCXXXVIII. Episcopus Viennensis tunc pariter existens S. R. E. Cardinalis Clesellio nuncupatus eidem Congregationi exposuisset quendam hujusmodi Mulierum Domum in sua Civitate, seipso inconsulto, apertam fuisse; & quid sibi circa eam agendum esset, ab ipsa Congregatione exquisivisset; coacta eodem anno coram recolenda memoriae Urbano Papae VIII. praedictorum Cardinalium Congregatione, decretum fuit, ipso Praedecessore Urbano annuente, ut Apostolicae Sedis Nuntiis per diversas Regiones constitutis demandaretur praefati Instituti, & eorum respectue Domuum omnimoda extirpatio, & suppressio.

Et quoniam praedictae Mulieres se a Presbyteris Societatis Jesu directas esse iactabant, injunctum fuit tunc existenti Generali ipsius Societatis Praeposito, ut, quatenus id verum esset, subditis suis omnibus directae inhiberet, ne se in directione Conventuum quarumcumque Mulierum immiscerent; quum id ipsius Societatis Instituto contrarium dignosceretur, cujus Fundator S. Ignatius, quum Romam advenisset pro obtinenda ejusdem Instituti confirmatione, accepissetque piam quendam Mulierem Elisabetham Roselliam nomine, in Urbem se pariter contulisset, eo consilio, ut facultatem obtineret, una cum aliis Piis Mulieribus sub Instituto regula convivendi, postulavit ipse, & obtinuit a Romano Pontifice, tam pro se, quam pro univversa Presbyterorum a se institutorum Societate, ut a cura, & directione Mulierum in Religiosis Domibus conviventium, perpetuo liberi, & immunes esse deberent.

4. Dum anno sequenti Apostolicae Sedis Nuntii Pontificiorum mandatorum executionem respectue urgebant, jamque suppressae fuerant dictarum Mulierum Domus, quae suppressae fuerant Leodi, & Coloniae Agrippinae antea extiterant; quum Nuntius Coloniae agens Trevirensium similiter earum Domum suppressimae aggrederetur; comparuit quaedam Mulier, Cambiani nuncupata, quae se ipsius Instituti Visitatricem asserens, vigore Literarum Patentium sibi a praefata Praeposita Generali Maria VVarth concessarum, ipsius Nuntii conatibus, magna vi & contentione se opposuit. Maria enim, in Urbe adhuc degens, statim ac intellexit, quid ferrent Pontificia mandata, omnem rationem inire studuit, ut ea effectum fraudaret; suaeque sequaces ubique existentes per Encyclicas Litteras admonuit, ne his obtemperarent. Itaque praedictus Nuntius, ad evitanda majora scandala, nunc quidem ab incepto desistere satius habuit.

5. Hujus rei relatione a Nuntio Romano transmissa, praedictosque Cardinali Clesellio magis magisque instante pro intelligenda Pontificis voluntate circa Domum, quae Viennae, ut supra dictum est, aperta fuerat: quum etiam nonnulli hujusmodi Instituti Mulierum convicti, quos Bohemiae, Forosempionii, atque etiam Romae clam constitutos fuisse compertum est, quamprimum suppressi

& ex.

Insigni, Privilegio Abbatis, & Monasterii Campidunensis ducem concessa.

Nova petio, ejusque fundamenta.

Indultum, de quo in Abbatia, conceditur Abbati, ejusque successoribus in perpetuum.

Decreta Clausulae, Derogationis.

Praemittuntur ea quae de gestis dictae Mariae, praefato Instituto, in Tabulariis S. Inquisitorum, & Congregationis Prop. Fidei habentur.

Inquisitorum, & Congregationis Prop. Fidei nonnulli in nonnullis Tabulariis S. Inquisitorum, & Congregationis Prop. Fidei habentur.

Ob novum adversus ipsam Curiam Clesellio, in his Tabulariis S. Inquisitorum, & Congregationis Prop. Fidei habentur.

Et quatenus Presbyteri Societatis Jesu directas esse iactabant, injunctum fuit tunc existenti Generali ipsius Societatis Praeposito, ut, quatenus id verum esset, subditis suis omnibus directae inhiberet, ne se in directione Conventuum quarumcumque Mulierum immiscerent; quum id ipsius Societatis Instituto contrarium dignosceretur, cujus Fundator S. Ignatius, quum Romam advenisset pro obtinenda ejusdem Instituti confirmatione, accepissetque piam quendam Mulierem Elisabetham Roselliam nomine, in Urbem se pariter contulisset, eo consilio, ut facultatem obtineret, una cum aliis Piis Mulieribus sub Instituto regula convivendi, postulavit ipse, & obtinuit a Romano Pontifice, tam pro se, quam pro univversa Presbyterorum a se institutorum Societate, ut a cura, & directione Mulierum in Religiosis Domibus conviventium, perpetuo liberi, & immunes esse deberent.

Supprimantur aliquae Domus dictarum Mulierum.

Sed aliam suspensam, ac examinem resistentem, ut ad effectum, Maria VVarth.

Causa gravior efficiatur & ad Tribunal S. Officii remittatur.

ANNO 1749.

quom aliquibus retro annis in Dicecefi Montis Fa- lifici, dum bon. mem. Marcus Antonius hujus S. R. E. Cardinalis Barbadius nuncupatus illius regi- men obtineret, initium habuisset, brevi tempore ad alia loca propagatum fuit, ita ut etiam nonnulla ipsius Instituti Conservatoria in hac ipsa Urbe fue- rint constituta; sed exortis in illius regimine quibus- dam controversiis, in duas diversi nominis Societa- tes, quae tamen unum idemque pium opus urgent, divisum fuit.

§. 22. Quilibet hujusmodi Mulierum Coetus propri- um habet Directorem Spiritualem qui de Animarum cultura tantummodo curam gerit; Utraque vero So- cietas, singulis trienniis, coram proprio Directore Spirituali congregata, suam sibi eligit Generalem Su- periorissam, aliaque Officialia, Consultivis nuncupa- tas; cui quidem Superiorissae Generali omnes ejusdem Instituti Magistræ subiectæ sunt, & obediunt in iis omnibus, quæ ad Scholarem regimen, earumque pro- gressus pertinent. Ipsa vero stans temporibus Scholas omnes Instituti sibi subiecti visitando perlustrat, quam- vis extra Urbem in diversis per suburbicariam regio- nem Dicecebibus existant. Quæ quidem, quum ab hu- jusmodi Generalibus Superiorissis, sine detrimento ju- risdictionis Ordinariorum, quibus earum Societates im- mediate subiectæ sunt, & sine ipsorum querela pacifi- ce exerceantur; merito iudicari visum est, Anglica- narum quoque Virginum Institutum, firmo quamvis remanente, ut præsertim, Officio earum Supremæ, seu Generalis Superiorissæ, & Christianæ Puellarum educationi valde proficuum, & etiam ipsis Episcopis in Dicecesum sibi commissarum regimine non modico ad- iumento esse posse.

§. 23. Cujus rei cum Nos justam in Domino fiduci- am habeamus, tum illud ad eam perficiendam condu- cere maxime poterit, si Ven. Fratres Ecclesiarum Præ- sules, in quorum Dicecebibus hujusmodi Instituti Con- servatoria, vel jam erecta sunt, vel in posterum erigi- tur contigerit, pias hæc Virgines, in excolenda Domi- nicæ Vinæ parte laudabili studio adlaborantes, beni- gno favore prosequantur, quod Nos eisdem entis sua- demus; tum etiam si eas edoceant, nec earum In- stitutum idem esse cum reprobata Jesuitarum Socie- tate; nec licitum esse publico Cultu venerari eos, qui ab Apostolica Sede inter Beatos, vel Sanctos adnume- rati non fuerint; nec omnia quæ de Servorum Dei gestis, ab Historicis præsertim, pia erga eos affectio- ne præoccupatis, enarrantur, ante ipsius Apostolicæ Sedis examen, atque iudicium, pro veris certisque amplectenda esse; earum vero Conservatoria tolerari quidem ab hac eadem Apostolica Sede, sed Institutum ipsum nec approbatum, nec confirmatum esse; ob- stantibus Sacris Canonibus, & generali Constitutione Sancti Pii V., ne Religiosæ Mulierum Domus Apo- stolica confirmatione stabiliantur, quæ se perfectæ Clausuræ legibus non obstrinxerint; si denique eisdem Virgines demonstraverint, Regulas a Clemente XI. pro ipsis approbatas, eorum agendi normam esse debe- re; aliaque similiter, quas forsitan ad earum Insti- tuti perfectionem addendas esse prudenter existima- verint ipsius Apostolicæ Sedis iudicio, pro legitima obtinenda approbatione, subiiciendas esse. Ipsæ au- tem Anglicanæ Virgines & Pontificiam benevolenti- am, & Ordinariorum Præsulum favorem sibi faci- le conciliabunt, si Præsules ipsos quos veris, & legi- timis Superioribus suis, ut par est, agnoscentes, sibi que persuadentes, per obedientie iuramenta, quæ propria Generali Superiorissæ præstiterint, nihil im- minui posse de Superiorum Ordinariorum jure, quod semper, ut supra diximus, in omni promissione, ac iuramento exceptum intelligi debet, ipsis Dicecesis Episcopis debita reverentiæ, & subjectionis of- ficia, omni prorsus cunctatione abjecta, studuerint ex- hibere.

§. 24. Hanc animorum, studiorumque concor- diam inter Locorum Episcopos, & Anglicanarum Virginum Coetus fovendam esse reputans, prædicta Congregatio coram Nobis habita, in Causa Conser- vatorii Mindelheimensis novissimo loco decrevit, ut

Relatio sequitur: Ultimo, quod, facta a Virgibus Anglica- nis Civitatis Mindelheimensis obligatione observandi contenta in hoc Decreto, resituantur in integrum; Missæ in ipsarum Ecclesia celebrentur, uti prius, &

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ea afferretur; Pont. A. IX. pro qua assertione Sanctæ Suae, cui id reservatum est, facultatem opportunam indulget Episcopo Augu- stano: Quod sane Decretum a Nobis tunc viva voce ap- probatum, nunc eo libentius confirmamus, quod, & præfati Conservatorii Virgines debitam obedientiam jam præstiterint, & pium, siquæ gregis vere amantem Episcopum Augustanum jam quoque illis indulgisse ac- cepimus, ut in earum Ecclesia, & Missæ, ut prius celebrentur, & SS. Eucharistiæ Sacramentum retineat- ur. Quoniam vero alterius hujusmodi gratiæ conce- dendæ Jus ad Nos & Apostolicam Sedem private per- tinet, quod innuit Decretum superius relatum, & Canonica docet Disciplina, iuxta quam Sacrosancta Eucharistia in Ecclesiis, quæ Parochiales non sunt retineri non potest, absque præfati Apostolice Indul- ti, vel immemorabilis consuetudinis, quæ hujusmo- di Indulti præsumptionem inducit; ut late offenditur in Commentariis non mem. Cardinalis Vincentii Petri ad Romanorum Pontificum Constitutiones, & signan- ter ad Constit. 1. Urbani IV. sed. unic. numero 29. & seqq. tom. 3.; Episcopi autem est, licentiam impertiri, ut idem Augustissimum Sacramentum pub- licæ Fidelium venerationi exponatur, quoties iusta & publica causa id fieri suadeat, ut videre est in nostra Institutione Pastoralis in editione Italica tom. 2. numer. 10. in Latina vero num. 30.; Nos ipsisdem Virgibus Anglicanis Conservatorii Mindelheimen- sis, quo obedientia erga suam Ordinarium Præsulem, ut par erat, exhibita meritum præmium ferant, & Virgines in eadem obedientia perseveraverint, auctorita- te Apostolica, tenore præsentium, concedimus, & indultemur, ut Sanctissimum Eucharistiæ Sacramen- tum in earum Conservatorii Ecclesia, sine præiudicio tamen iurium Ecclesiæ Parochialis, afferri, ac reti- neri possit, & valeat.

§. 25. Denique præsertim, didicimusque Urbani, atque Clementis Prædecessorum Literas, necnon præ- inserta Decreta, alique omnia, & singula in ipsis res- pective statuta, disposita, atque facta, etiam ex eo, quod prædictorum Conservatoriorum, seu aliorum quorumcumque ubilibet existentium Virgines, seu Mu- lieres, earumque Præpositæ, atque Officialia, & alii quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere prætendentes eis nullatenus con- fenserint, nec ad ea vocatæ, & auditæ, aut vocati, & auditi, minusque causæ, propter quas eadem præ- sentes emanarint, adductæ, veritate, seu alias suf- ficienter, aut etiam nullatenus iustificatæ forsitan dici possent, nullo unquam tempore de subreptionis, ob- reptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu in- tentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quan- tumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, & quæ- vis alia forsitan servanda, & adimplenda fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultant, seu lesionis, alio- ve colore, & capite, etiam in corpore Juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis privile- giata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præ- missorum necessario exprimentenda foret, notari, impu- gnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel ad- versus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel iustitiæ remedium im- petrari, aut concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu fe juvare in iudicio, seu extra posse, ipsasque præsentis perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes & singulas, nec non omnes & singulos, ad quas, & quos spectat, & quomodolibet in futurum spe- ctabit, inviolabiliter observari; omnibusque etiam & singulis, quorum favorem respective concer- nunt, plenissime suffragari volumus, & decerni- mus.

§. 26. Sicque, & non aliter, in præmissis om- nibus, & singulis per quoscumque Judices Ordina- rios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apo- stolice Auditors, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car- dinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apo- stolicæ Nuntios, & eorumdem Sanctæ Romanæ Eccl- e-

PONT. A. IX.

Pontifex de obedientia Conservatoriorum Mindelheimensis, & de Episcopi gratia ipsi, relicta.

Licentia as- servandi SS. Sacram. in Ecclesiis non paro- chialibus, a Sede dum, taxat conce- di potest.

Hanc Pontifex indulget prædicto Conservatorio, donec, Virgines in obedientia perseveraverint.

Clausula pro præmissis omnium similitate, & ob- servantia.

PONT. A. IX.

Committitur Ordinariis Locorum ut promissum observari faciant.

Delegatio conservatoriorum.

Publicationi præsentium in Urbe tribu- tur, ut per omnibus facta.

fiæ Cardinalium Congregationes tam ordinarias, quam particulares; aliosque omnes quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia sublatæ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere; & si secus su- per his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane de- cernimus.

§. 27. Quocirca Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis Nostri, & Sedis Apostolicæ Nuntii, nec non Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis ubilibet existentibus, per Apo- stolica scripta mandamus, ut statim ac presentes nos- tre literæ ad ipsorum, & eorum cujuslibet notitiam pervenerint, & pro parte aliorum in ipsis interesse habentium requisiti fuerint, sive etiam ipsi ita expe- dire in Domino iudicaverint, eandem solemniter pub- licantibus, illisque in præmissis efficacis defensionis præ- sidio assistentibus; faciant auctoritate nostra, præmissa omnia, & singula, ac in eis, nec non prædicti Urba- ni, & Clementis Prædecessorum Literis statuta que- cumque, debite executioni demandari, illasque invio- labiliter in omnibus & singulis illarum partibus obser- vari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmis- sis non parentes, per censuras, & penas Ecclesiasti- cas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appella- tione postposita, compescendo.

§. 28. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non tollendo jure quæsito, nec non pie memorie Bonifacii VIII. pariter Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Ge- nerali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dies talis aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque quibusvis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præmissarum Virginum, & seu aliorum quorumcumque, etiam jura- mento, confirmatione Apostolica, seu longa aut im- memorabili observantia, vel quavis firmitate alia robo- ratis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus; privilegii quoque, exemptionibus, & indultis, aut Literis Apo- stolicis, quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordini- bus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, aliisque quibuslibet specificæ, & individua mentione dignis, etiam cum quibusvis clau- sulis, & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam ad quo- rumlibet, & Supremorum quoque Principum instanciam, seu Motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitu- dine, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, & pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specificæ, & individua mentio, seu quævis alia expre- sio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nil penitus omissio, & forma in illis tradita, observa- ta, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore mansuris, hac vice dumtaxat latissime & plenissime, ac specialiter, & expresse, ex certa scientia, ac Motu, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscum- que. Seu si quibusvis communiter, aut dividim ab Apo- stolica sed Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum Indulto hujusmodi mentionem.

§. 29. Ut autem præsertim, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætereunda possit; volu- mus pariter, & mandamus, easdem præsentibus per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus Nostri ad val- vas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apo- stolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Cur- iæ Generalis in Monte Citorio, ac in Acie Cam- pi Floræ de Urbe, ut moris est, assigni & publica- ri, sicque publicatas & affixas, omnes & singulas, omnesque & singulos, quas & quos illæ concer- nunt, perinde arctare, & afficere, ac si univocis earum, & eorum, nominatim, & personaliter in- timatæ fuissent: Utque ipsarum præsentium Literarum

transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu ali- cujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Per- sonæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, ea- dem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubi- que adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam san- ctæ hanc Nostrearum Confirmationis, approbationis, robo- rationis, adjectionis, declarationis, prohibitionis, concessio- nis, voluntatis, mandati, statuti, atque decreti in- fringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis au- tem hoc attentare præsumperit, indignationem Omni- potentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incurfurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno In- carn. Dom. 1749. pridie Kal. Maji, Pontificatus Nostri Anno Nonno.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarij.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco * Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 27. Maji ejusdem Anni

INTRIBUNALI GUBERNII VIII.

Almæ Urbis, ejusque Congregationibus, certa agendi ratio præscribitur; statuitur methodus exequendi Visitationes Carcerum &c.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

JUSTITIE gladium non sine causa a Nobis portari tum maxime homines intellectuos consensimus, quam traditam Nobis præcellentem a Deo potestatem per eos omnes, quibus aliquam ejus partem communicavimus, ad correctionem & vindictam malefactorum, ad laudem vero honorum, & ad optimum totius Civitatis regimen, sedulo exerceri curabimus. In quo & supremi Principis officio, quod humilitati nostræ universi Dominator impos- suit, & paterne erga dilectissimum populum charitati, quam idem ipse Deus intimo cordi nostro indidit, pro viribus satisfacturos Nos esse credimus; dum sacri Principatus dignitatem nostræ fidei conceditam, commendatamque patrocinio nostro Republicæ tranquillita- tem asserere, atque in tuto collocare studemus. Ideo quum plures jam pridem animo versavimus rationes, quibus & in Tribunali Gubernii ejusdem Urbis certam quandam, aptioremque formam constitueremus, quæ ad rectam non minus, quam celerem Causarum criminalium expeditionem conducere; & debitum utilitatis fructum reipsa percipi curavimus ex prævidis Legibus tam a Præ- decessoribus nostris, quam a Nobis ipsi alias statuti, pro frequenti visitatione eorum, & in Carceribus qua- cumque de causa detinentur, utque demum, sublati- plerisque Civitatis foribus, ab his peculiariter im- munitatem præstarent non infrequenter illum Curie nostræ cotum, qui, dum circa criminales Causas vel iudican- do, vel patrocinando, vel adiuvando versatur, eam sans gravissimam Politici Juris partem trahere dignoscitur, ex qua, & mutua justitiæ cultus, & publica morum honestas, & totius Societatis securitas, atque felicitas maxime pendet: His omnibus diu & mature pensatis, auditisque super ipsis prudentum virorum sententiis, nunc denique infra scriptas, leges & ordinationes perpetuis futu- ris temporibus vulturas complexi sumus in quadam Sebe- dula Nostri Motu proprio, Chirographo Nostro nuper subscripta, cujus tenor talis est, videlicet:

B. E.

Quæ Super- hinc illas con- servatorias habent.

Sine præiudicio Subje- ctionis Ordina- riorum debet.

Episcopi Vir- gines Angli- cane trahere & qui- bus in rebus illis institu- tum circa ear- um instituti- onem, quam circa earum officia.

Virgines Ang- licanæ quo- modo se ge- rere debeant circa Episco- pos & Ordina- rios.

Relatio potestati dubi expo- nitur, & confirmatur.

ANNO 1749. Fidem tran- sumptis præ- stari dece- ritur.

Dat. Pontif. A. 9. die 13o. April. 1749.

Exordium.

Pontificia providentia proposita.

Aliæ iudic- cas prohibe- tur.